



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

7. De amore Christi quo hoc Sacramentum instituit

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

meam assumptam, per quam omnibus hominibus coniungor. Quām mira vis huius diuinissimi cibi, cuius operis vīlis homuncio non in regem terrenum, sed quodammodo in Deum evadit, & iam non vita sua, sed vita Christi Filij altissimi viuir! Gratitudo, amor, zelus eximiæ perfectionis.

*De amore Christi, quo hoc Sacramentum instituit.*

VII.

**I.** Christus instituendo hoc saceratum sacramentum satisfecit immenso suo, non solum erga vniuersos, sed etiam erga singulos homines amori; qui cū infinitus esset quiescere non poterat, donec seipsum singulis in hoc mysterio daret, sicut se totū vniuersis in Incarnatione dederat. Reliqua etimonia, quæ ex amore dedit, æqualia non erant eius amori: ipse solus æqualis est amori suo immenso, infinito, æterno, incomprehensio, quem typicè prefigurabant panes propositionis, qui I. Reg. 22. calidi esse debebant. O quām ingens, intensem, perenne, & insatiabile multui amoris à nobis reposceret incendium, tam inenarrabile amoris Christi prodigium! Gratitudo, amor.

**II.** Satisfecit eadem opera ex eodem

Dd 6

amo-

amore, votis ac desiderijs omnium & singulorum in tempore, dum se omnibus & singulis præsentem exhibit, paratumq; offert ad omnium & singulorum necessitates subleuandas, languores curandos, mœrores abigendos, ad cœlestes gratiarum & consolationum thesauros singulis in vita & morte impertiendos. O qualis excessus amoris amantissimi Regis nostri, qui voluit præsens adesse Sponsæ suæ Ecclesiæ, nō in vno solum loco, sed in omni oppido, in omni domo, in quouis fidelí, seu membro Ecclesiæ, & quidem intra corpus cuiusque habitare, eiusq; cordi & visceribus adhærere!

O quanta illa Ecclesiæ dignitas, & cuiusque fidelis felicitas? Verè non est alio natio tā grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Gratitudo, amor, reverentialis timor erga Christum.

**III.** Satisfecit itidem ex eodem infinito amore omnibus desiderijs nostris in æternitate, dando nobis ex hac vita migraturis, non modò pretiosissimum viaticum, præsentissimum solarium, tutissimumq; præsidium, sed insuper certissimum pignus gloriæ æternæ, quo ad corpus & animam secum partici-

pan-

pandæ, dum ait : *Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.* Et : *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.*

Ioan. 6.

O quam felix sorts fidelis crebrius dignè communicantis, seque intimè Christo vniuentis, à quo tam certò, & securè expectat in omni necessitate præsidium, gratiæ augmentum, perseverantiæ donum, gloriæ brauium ? Gratitudo, amor, zelus piè SS. communionem frequentandi,

---

Dominica infra Octau. Corporis Christi.

*De diuite epulone & Lazaro. Luc. 16.* I.

I. **E**xpende r. quam dispar fuerit cōditio diuitis epulonis & mendici Lazari : Epulo superbus, gulosus, avarus byssō in duebatur, quotidiè splendide epulabatur, nihil pauperibus largiebatur, à mundo felix prædicabatur, a Deo reprobis & infelix habebatur : At Lazarus abiectus, famelicus, pendulus ante ianuam diuitis iacebat, micas cadentes de mensa diuitis frustra mendicabat, viceribus horrebat, quæ à nullo curabantur, sed à canibus lambe-

D d 7

ban-